Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36493
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

querimus: ipse nos edoceat quare Tu autem cum orabis intra in cubiculum
tuum: et clauso ostio ora patrem tuum in abscondito. Cubiculum eccle:
corpus est xpi. Introduxit eam rex in domum interiora mysteria: dedit ei
claves ut aperiret thesauros scientie sacramentorum: clausas antea
forte spanderet cognoscerent quetus iam defuncti somnum iuxta
resurrectionis. In nullo cubiculo iustitiam sibi iesu nupta reperit.
Que sunt ille iustitie? Utique sacramenta baptismatis: sic legimus: quia cum
venisset ad baptismum dicebat iohis. ego autem debeo baptizari et tu
venis ad me? respondit ihe. Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem
iustitiam. In nullo cubiculo iustificationes didicerit consilium cog
novit dicit: sic scriptum est. Quia omnis populus audiens: et publicani iusti
ficaverunt deum baptizati baptismo iohis. Pharisei autem et legis peri.
tus consilium dispreverunt in se: non baptizati a deo. Quod illi spreverunt nos
elegimus: et sequamur consilium dei quod nihil potest esse sublimius. Hoc est enim
diuinum: quo fit remissio omnium peccatorum. Cum didicerit utique iusti
tiam sibi timens: non confundetur. Denique et paulus ait. In nullo
confundar: Et quia nullus potest perfectus esse sine fauore dei neque tutus:
ideo debet rogare ne penitus eum derelinquat ds. Ha supra roga
vit dauid ne derelinqueret dicens: He derelinquas me dne ds
mis. Hic ait He derelinquas me usque quaque: hoc est multum. Supra
forte quasi adhuc imperfectus: et in magnis perturbationibus positus:
ne derelinqueret timebat. hic autem iam quasi fortior in semet
derelinqui iam timet: rogat ne penitus derelinquat. Plerique enim
derelinquit ds: quasi iuste pbari. Penitus autem derelinquit quasi deserit.
Derelinquit penitus iudam: non deseruit autem sem iob: incum patrimo
nium. incauit corpus potestati diabolo dedit in anima non dedit
Nam si dedisset in anima: penitus deseruisset eum. Humanum non ido de
relictus est iob: ut relictus probaret: probatus coronaret. Deseruit
autem iudam eum ait. Quod facis: fac celerius. Deseruit enim penitus:
que scelerissimum premisit effectum. Ad uos autem apostolos cum iudisset: probatos
esse: quia dixerat quia ego uado uos non potestis uenire. addidit. Non
turbet cor uestrum. Et infra. Iterum uenio et accipio uos ad me ip
sum: ut ubi ego sum et uos sitis. Denique turbatus petrus quia derelinqui ti
muit ait. Domine quo uadis? Vidit dns turbari eum et respondit ei
Quo ego uado non potes me modo sequi: sequeris autem postea. Sic et in mari cum
turbaretur clamauit ad xpm et porrexit ei dextram xpc. ne penitus
deseruetur perire. Hemo autem debet inflari quod nunquam derelinquatur.